

philus despōndit animūm, sed uti longani-
mis erat & patiens, non lusurum se operam
speravit, si opus ad Dei gloriam inchoatum
perurgeret. Cum iste igitur Scriptores Sa-
cros ab ipso laudatos cavillaretur, & tan-
quam recentes ac nuperos rejiceret, noster
Amadeus, & vel unius salvandæ animæ per-
cupidus, ipsum tertio labore aggressus,
novum illi misit opuscolum, in quo
Sacrarum literarum Scriptores cum an-
tiquissimis Gentilium composuit, &
quanto isti intervallo hos vincerent, cla-
rissime demonstravit. An illum pervicerit
ut manus daret, & collū suavi Christi jugo
submiserit, licet bene sperare liceat, satis
tamen compertum non est, nos ad comper-
ta transeamus, atque secundum Sacrae in-
troductionis vestigium in S. Justini Marty-
ris historia observatum considerabimus.

II.

Quemadmodum enim eadem ferè
THEOPHILI ANTILOCHE-
NI & JUSTINI PHILOSOPHI
AC MARTYRIS fuere tempora, præclara
utriusque indoles, consimilis studiorum

c 2

juveni-